Habito de genere dicendū est de numero. Juxta quod notandū.q; numerus in rebus extra animam secūdū Boetiū est multitudo ex vnitatibus prokusa. ¶ Sed duplex est vnitas.Quedā est indiuisa rei entitas:a qua ens dicitur vnū id est indiuisiuū ab ista vnitate multociens iterata prokunditur multitudo que est vnum de trancendentibus:vt ens vnum. Et ꝫ cuz ente conuertitur huiusmodi multitudo vocatur numerus essentiarum: ⁊ secundū istā numerum essentiarum species rerum numerantur.Alia est vnitas que est rei indiuisa continuitas:a qua continuum dicitur vnum id est indiuisiuum ab ipsa vnitate multociens iterata prokunditur multitudo que numerus materialis vocatur . id est indiuiduozum.secundum differentiam materialem differentium. ¶ Iste etiam numerus dicitur accidentalis:quia per hunc numerantur indiuidua que per accidens differunt. ¶ Et sciendum q; in vtroq; numero due proprietates inueniuntur.scilicet proprietas diuisibilitatis:que inest sibi ratione vnitatis.Et ꝓprietas diuisibilitatis que inest sibi ratione multitudinis.que ab vnitatis replicatione profunditur.Et ex proprietatibus tam dicens sumitur numerus in nomine qui est modus sign̄di accidentalis nominis. ¶ Numerus ergo est modus significandi accidentalis nominis mediante quo nomē proprietatem diuisibilitatis si est proprietas multitudinis consignificat. Diuiditur autem in singularem ⁊ pluralem.Numerus singularis est modus significādi rē sub proprietate indiuisi:que est proprietas vnius vt animal/homo.Numerus pluralis est modus significandi rem sub proprietate diuisi:que est proprietas multitudinis:vt animalia/homines/boues.ꝛc

Dicto de numero/dicēdum est de figura. Juxta quod notandum q; figura prout est modus significandi nominis non accipitur a proprietate vocis(vt quidam dicūt)sed a ꝓprietate sumpta in re ita q; illud nomen sit simplicis figure:cuius vox est simplex.vt doctus.Et illud compositē figure:cuius vox est composita.vt indoctus.Illud vero decompositē:cuius vox est decomposita.vt incxpugnabilis.quia hoc posito modi significandi trahentur a voce. et non a rei proprietate:quod est contra dicta.Sed dicendū q; figura sumitur a ꝓprietate rei. ¶ Juxta quod notandum q; in rebus inuenīuntur tres proprietates communes.scilicet proprietas simplicis/proprietas compositi/⁊ proprietas decompositi . Et voco proprietatem decompositi proprietatez collectionis ex pluribus & duobus. Ab istis proprietatibus rerum sumitur figura que est modus significandi nominis . Ab his etiam proprietatibus imponit logicus tres voces ad significandum.scilicet terminum/propositionem/⁊ syllogysmum.Licet aliter sumatur simplicitas / compositio/⁊ decompositio.in nomine simplicis/composite/⁊ decomposite figure/& in termino/propositione/et syllogismo. In propositione et syllogismo sumitur compositio secundum distantiam circa diuersa significata diuersarum vocum cadens.Sed in nomine composite/et decomposite figure sumitur compositio secundum distantiam vocum circa idem significatum eiusdem dictionis cadēs.Similiter in termino sumitur simplicitas. prout opponitur compositioni et est secundum distantiam cadens circa diuersa diuersarum vocum.Sed in diffinitione simplicis figure sumitur simplicitas prout opponitur compositioni que est secundum distantiam circa idem significatum eiusdem dictionis cadens . ¶ Figura ergo est modus significandi accidentalis nominis mediante quo nomen proprietatem scilicet simplicis/compositi vel decompositi significat. ¶ Et hic etiam secundum hanc triplicem proprietatem rei variatur figura:scilicet.simplex/composita ⁊ decomposita. ¶ Figura simplex est modus significandi rem nomi-

nis sub proprietate simplicis: vt diues/pauper. Composita sub proprietate compositi: vt prediues/prelatus. Decomposita sub pprietate decompositi: id est sub proprietate collectionis: vt inexpugnabilis. Et hoc est quod solet dici q̄ illa dictio est simplicis figure: que est imposita a simplici conceptu ad significandum: & illa est composite figure: que est imposita ad significandum a conceptu composito: et illa dictio dicitur esse decomposite figure: que est imposita a pluribus conceptibus ad significādum ꝯ ex duobus aggregatis: licet hoc verum sit: tamē quia huiusmodi conceptus non sunt ficti oportet correspōdere proprietates in re/et he proprietates sūt he que dicte sunt quas nomen significat conceptibus memoratis mediantibus.

¶ Consequenter de casu dicamus. Juxta quod notandū q̄ in rebus inueniuntur due proprietates scilicet proprietas principij & proprietas termini. Item inueniūtur quedam proprietates generales in rebus scilicet proprietas vt quod est aliquid in se vel quod est alterum: & pprietas cuius est aliud: & proprietas vt cui aliquid datur: & sic de consimilibus que representantur per inflectionē huius nominis quod/cuius/cui. &c. Et a primis proprietatibus oritur casus qui est modus significandi nominis. Sed a secūdis proprietatibus superadditis primis oriuntur differentie casuū vel casuum.

¶ Casus igitur est modus significandi accidentalis nominis mediāte quo nomē proprietatem principij aut termini consignificat. Et secundū harū proprietatum diuersitatē cum alijs proprietatibus superadditis casus in sex species partitur: in nominatiuum/genitiuum/datiuum/accusatiuum/vocatiuum: et ablatiuum.

¶ Nominatiuus casus est modus significādi ratione principij illa proprietate rei vt quod est alterum superaddita: vt dicēdo sortes currit vel amat: iste nominatiuus sortes significat in ratione principij huius actus amare sub proprietate: vt quod est alterum. & sub proprietate vt quod est aliquod in se: alterum actū verbum sibi est inherenti principians actiue. Similiter sortes amatur: sortes significat vt quod est aliquid in se alterū principians passiue. Utrobiq; enī stat sub pprietate principij respectu verbi dependentis pprietate vt quod est alterū superaddita. Et hoc patet error dicentium nomen esse modum de quo est aliquid enunciabile: vel modum in quo est alterum vt in subiecto. Licet enim res nominatiui respectu verbi possit substare pprietati vt de quo: vel pprietati vt in quo: & sic de alijs: tamē voce nominatiui rēs nō significatur sub proprietate: vt de quo vel in quo: quia tunc nominatiuus casus non esset ab ablatiuo distinctus. Item constructio nominatiui cū verbo fieret mediante prepositione de: vel in quo: & hoc posito prepositio nō deseruiret quod falsum est. Nominatiuus ergo est modus significandi vt quod est alterū. Et hoc probatur ratione & auctoritate. Ratione sic. Ille modus est modus significandi nominatiui per quam nūq; ab omnibus alijs distinguitur: sed per modū vt quod est alterū est modus distinctus ab alijs. ergo nominatiuus est modus significandi vt quod est alterū. Hoc autē patet auctoritate petri helie qui vult q̄ species siue modi casuū sumantur penes inflectionem huius nominis quod/cuius/cui. &c. Si ergo genitiuus est modus significandi vt cuius est alterum: datiuus vt cui aliquid datur. Nominatiuus erit modus significandi vt quod alterum. Et dicitur iste modus significandi nominatiuus: quia sub isto modo rebus nomina imponimus. Et huic modo proportionatur modus in verbo vt ipsum est alterum scilicet principatum & causatum a re nominatiui actiue vel passiue.

¶ Genitiuus est modus significandi rē in ratione principij vel termini indifferenter proprietate vt cuius est alterum superaddita: vnde dicendo sortis interest: iste genitiuus sortis significat rem in ratione principij respectu huius verbi interest. pprietate vt cuius est alterum superaddita. Similiter dicendū: miserere⁹ sortis vel filius sortis est: iste genitiuus sortis significat rem in ratione termini respectu huius verbi miserere⁹: vel iste⁹ nominis filius: proprietate vt cuius est alterum superaddita. et dicitur genitiuus quasi primo a voce nominatiui genitus. Et huic modo proportionat modus in verbo vt ipsum est alterius. ¶ Datiuus casus est modus significādi rem in ratione principij vel termini indifferenter proprietate vt cui alterum acquiritur superaddita: vt dicendo sorti accidit. In hac constructione iste datiuus sorti significat per modum principij superaddito sibi modo vt cui alterum acquirit. Similiter dicēdo

faneo sorti/vel similis est sorti. In hac constructione iste datiuus sorti significat rem in ratione termini proprietate: vt cui alterum datur superaddita. Et dicitur iste modus significandi datiuus. Quia est modus significandi vt cui alterum acquiritur vel datur. Et huic modo proportionatur modus in verbo: vt ipsum est quod alteri datur. ¶ Accusatiuus casus secundum dictam inflectionem est modus significandi rem in ratione termini proprietate vt quem superaddita: vt dicendo amo sortem. iste accusatiuus sortem significat proprietatem terminandi actum. et dependentiam huius verbi amo proprietate vt quę superaddita. Et dicitur accusatiuus quasi terminus actus. Et huic modo proportionatur modus in verbo dependentis sub modo vt alterum.

¶ Aliquando tamen accusatiuus casus est modus significandi rem sub ratione principij simpliciter. ab est proprietate speciali non superaddita scilicet quando ille actus cõstruitur cum infinitiuo: vel cum verbo impersonali. vt dicendo me legere me oportet. hic significat accusatiuus rem sub ratione principij simpliciter a nullia proprietate sez speciali contracta: nec contrahibili cui proportionatur modus verbi simpliciter. Et hic modus non videtur sibi accidere: mũ tunc ponitur. q̃ actus sit modus significandi equi uocus ad significandum sub ratione termini vt quem: et ad modum sub ratione principij simpliciter ¶ Et sciendum q̃ ratio termini vt quem. Aliquando sumitur simpliciter non contracte: vt dicendo. Lego librum. Aliquando contracte: vt quando contrahitur per prepositionem accusatiui deseruientem: vt dicendo. vado ad patrem: vel curro ad campum: et sic de aliis. et sic modus sibi correspondens simpliciter est contrahendus. ¶ Uocatiuus casus est modus significandi sub proprietate termini dependentis actus exercitu vel exercitati. nulla differentia proprietatum dictarum superaddita: vt dicendo. O hemice. Iste vocatiuus habet in se rem in ratione termini tantum in ratione dependentis actus illius exercitu. ¶ Unde notandum q̃ duplex est actus. scilicet signatꝰ et exercitatus ¶ Actus signatus est qui per verbum aut participiũ caussatur. vt lego/legens ¶ Actus exercitatus est qui per prolationem huius modi aduerbij o/exercitatur quasi in eius modum significandi cadens. et huius proprius terminus est vocatiuus. Ideo iste modus significandi vocatiuus nominatur. Quia est proprius terminus vocationis/seu actus vocandi. Et huic modo significandi vocatiui vt exercitati proportionatur in aduerbio modus significandi per modum vocantis/vel exercitantis. ¶ Ablatiuus est modus significandi rem in ratione principij/vel termini differenter proprietate vt quo superaddita. vt dicẽdo. vtor pane. iste ablatiuꝰ significat in rõne termini ꝓprietate vt quo superaddita. et huic modo proportionatur modus dependentis sub modo vt altero. Similiter. dicẽdo. a sorte legitur. iste ablatiuus significat in ratione principij. modo vt quo superaddito. Et dicitur iste modus ablatiuus: quia est modus significandi vt a quo aliquid auferimus. ¶ Et est sciendum q̃ ratio principij vel termini a quo sumitur aliquando non contracte. vt dicendo. vtor pane. aliquando contracte prepositionibus adiectis. vt dicendo. a sorte legitur in ecclesia siue in domo. & sic de aliis. Et sic modus significandi correspondens sibi et proportionabilis est contrahendus ex istis. Sufficientia istorum casuum sic sumitur: vt patet per hunc modum. Omnis casus aut est modus significandi in ratione principij: vel termini tantum/vel vtriusq; indifferenter. ¶ Si casus sit modus significandi rem in ratione principij tantummodo: vt quod est alterum superaddito. et sic est nominatiuus casus. si termini tantum nullo alio modo superaddito. et sic est vocatiuus casus. Si ratione vtriusq; indifferenter vel hoc est modo superaddito vt cuius. et sic est genitiuus casus. vel modo vt cui. et sic est datiuus casꝰ. vel modo vt quem. & sic est accusatiuus casus. vel modo a quo. et sic est ablatiuus casus. ¶ Et sciendum q̃ sicut species et differentie casuum. attenduntur penes inflectionem huius nominis: quod/cuius/cui. ẽ. sic modi in verbo proportionabiliter casibꝰ attenduntur penes inflectionem huius nominis. alter/alterius/alteri.

HAbito de casu. dicendum est de persona. Iuxta qõ notandum. q̃ in rebus rationalibus reperitur quedam proprietas loquẽdi a qua trahitur persona que est accidens nominis.

¶ Est ergo persona modus significandi nomini mediante quo nomen proprietatem loquẽdi cõsigit. Et secũdũ has diuersitates loquẽdi de se ad alium: vel de alio variat ꝑ

triplicem differentiam. scilicet p̄mam/secundam/et tertiā. ¶ Prima persona est modus significandi rē sub proprietate loquendi de seyt de se. ¶ Secunda persona est modus significandi rem sub proprietate loquendi ad aliū: vt ad alium. ¶ Tertia persona est modus significandi rem sub proprietate loquendi de alio vt de alio. et quia modus loquendi de se non est sine modo significandi de se. Ideo dicitur modus iste persona per se a sonando nominata. ¶ Notandū q̄ declinatio quam donatus sub casu cōprehendit a proprietatibus casuum oritur. de quibus dictum est. Et q̄ ad istā inflectionem proprietatum sequitur in pluribus inflectio vocum. Ideo quidā dixerunt declinationem esse vocis in vocem inflectionem. Q̄ autē aliquod nomen sit prime/secūde/tertie/quarte/vel quinte declinationis. vel consequentis vel inconsequentis. Hoc autē totum ex parte vocis attenditur. Et sic patet qui et quot sunt modi significandi nominis tam essentiales q̄ accidentales.

MOdus significādi essētialis generalissimus pronominis est modus significandi per modū indeterminate apprehensionis a qua vero proprietate modus significandi p̄ modū entis sumitur de quo prius dictum est. Nam in hoc modo pronomē a nome non distinguit vt dictū est. Modus vero indeterminate apprehensionis habet ortū a proprietate seu modo essendi materie prime. Materia enim prima in re extra indeterminata est respectu cuiuslibet forme naturalis que inest de se ita q̄ non includit formam nec determinationem forme. ab illa enim proprietate illaterie prime que est proprietas de se indeterminata/determinata tamen per formam sumitur modus significandi p̄ modū indeterminati qui est modus essentialis generalissimus pronominis. nō q̄ pronomē materiā primam significat tantum. sed ex modo essendi reperto in materia prima intellectus mouetur ad considerandum aliquam essentiam sic determinatam. et imponit sibi vocem modo significādi per modum indeterminati. Et hunc modum essentialem generalissimum pronominis grāmatici exprellerunt dicentes pronomen significare substantiam meram vel substantiam sine qualitate. dantes intelligi per substantiam modū entis qui in substantia principaliter reperitur vt dictum est prius per meram aut vel sine qualitate modū indeterminate apprehensionis. ¶ Sed si obiiciatur sic modus significandi partis debet esse positivus q̄ non privativus: sicut pars est quoddam positivum. sed modus indeterminate apprehensionis est modus privativus ergo non potest esse modus significandi pronominis. ¶ Dicendum q̄ illud quod est ita indeterminatum q̄ excludit formam q̄ forme determinationem est privativum. tamen illud quod est sic indeterminatum q̄ non excludit formam/nec forme determinationem non est privativum q̄ sic habet modus significandi pronominis qui est modus indeterminati de se tamen determinabilis. ¶ Vel dicendū q̄ per modum istum privativum grammatici circiloquuntur modum significandi partium que est modus significandi cois simpliciter. Et si dicatur q̄ iste modus significandi communis simpliciter inuenitur in hoc nomine ens: ergo ens est pronomen. vel pronomen non erit distinctum a nomine. ¶ Dicendū q̄ licet hoc nomen ens habeat modū significandi cōmunē respectu significatorum specialium. scilicet substātie. vel accidentis hois vel leonis. tamē eius significatū nō est cōis respectu aliorū transcendentiū que sunt vnū res et aliquid/et respectu privationum q̄ negationū. vt nihil est non ens: ergo non habet modum significandi communis simpliciter. ¶ Sed pronomen habet modū significandi cois simpliciter respectu eius significati tū specialium et transcendentiū privationum q̄ negationum teste Prisciano qui dicit q̄ pronomē ad omne suppositū pertinet id est ad omne significatū se extēdit ergo instantia nulla. Iuxta quod notandum q̄ omnis pars orōnis est ens secundum animam. ¶ Item sciendū q̄ omnes privationes et negationes in re sunt entia positiva in anima vt dictū est prius. Dicendum est ergo q̄ licet modus indeterminati sit privativū secundū rem. Est tamē positivum in anima et hoc sufficit secundum distinctionem partium orationis que sunt entia secundū animam. pronomen ergo est pars orationis significans per modū entis et indeterminate apprehensionis.

SUb hoc autem generalissimo modo significandi pronominis ad modos essentiales subalternos et specialissimos descen-

damus qui sunt modi relationis et demonstrationis/modus primatiui et derivatiui modus substantialis: vel sit stantiui et adiectiui. Modus ergo significandi qui vocatur demonstratio sumitur a proprietate rei que est proprietas certitudine/et presentie seu noticie prime intellect⁹. Et hūc modū donat⁹ vocat qualitatē finitā. Et hic modus cōstituit pronomen demonstratiuū. Pronomē ergo demonstratiuū significat rē sub ratione vel presentie seu notitie prime. Semp enī pronoia vi demonstrationis rē vt certā vel presentem representat: sive fit demonstratio ad intellectū: sive ad sensum tamen differenter: quia demonstratiuū pnomē per sensum hoc qō demōstrat sigt. vt ille currit. Sed pronoiuē demonstratiuū ad intellectū hoc qō demōstrat nō significat sed aliud vt si dicā de herba demōstrata in manu mea. hec crescit in orto meo. hic vnū demonstratur: ⁊ aliud significat. Et hūc modū demonstrādi habēt propria noia: vt si dicā demonstrato iohanne: iste fuit iohannes hic vnum demonstrat: ⁊ aliud in nūero significatur. Et sic contingit dare diuersos modos certitudinis ⁊ presentie et secundū hoc erunt modi diuersi demonstrationū: ⁊ ex cōsequenti diuersa pronoia demonstratiua. Cōtingit enī rem esse presentē ⁊ certā vel maxime esse certam vel presentē: ⁊ sic demonstrat per hoc pronomē ego. Uel non maxime esse certam ⁊ presentem. sic demonstratur per hoc pronomen tu. ⁊ alia similia. ¶ Modus significandi qui vocatur relatio sumitur a proprietate rei que est ꝓprietas absentie et certitudinis seu notitie secūde Unde et donatus appellatiuum modū qualitatē infinitā. Et hic modus cōstituit pronomē relatiuū. Pronomē ergo relatiuū significet rem sub proprietate incertitudinis seu noticie secunde sive absentie. Semp enī pronomē relatiuū vi relationis representat rem vt est absens ⁊ incerta: sive res sit absens sive presens. vt dicēdo. sortes currit et ille disputat. Istud relatiuū ille refert hoc antecedens sez stans sub actu primo seu sub noticia prima reiterādo ipsum sub actu secundo sive sub notitia secunda. Et sic notificat ipm tanq̄ incertū ⁊ absens facies recordationē de ipso sub actu secundo. Recordatio semp est preteritoꝝ ⁊ absentiū. Recordatio nihil aliud est q̄ cognitio secūda. vt si aliquid sit primo cognitū. postea oblitū: ⁊ iterū ad memoriam reductū. Unde ꝙz relatio ante late rei recordatio. Et sicut contingit dare diuersos gradus absentie secundū hoc sunt diuersi modi relationis: ⁊ ex cōsequenti diuersa pronoia relatiua. quia ad diuersitatem in causa sequitur diuersitas in effectu.

MOdus significandi qui est primitiuus et derivatiuus sumitur ab eadē proprietate in pnoia qua sumit species primitiua ⁊ derivatiua in noie. Sunt enim modi significandi hic et illic. Nam primitiua in pnoie idē est qō species primitiua in noie: ⁊ derivatiua in pronoie idē est qō species derivatiua in noie. Sed habent se differenter. qz primatio ⁊ derivatio cōstituit diuersas species in pronoie: sicut pnomē primitiuū ⁊ derivatiuū. Sed in noie species primitiua ⁊ derivatiua modi significandi accidentales noīs notantur ¶ Itē modi adiacētis ⁊ p se stātis ab eisdē proprietatibus sumitur in pronoie sicut in noie. scilicet a proprietate essentie distincte modus per se stantis: et a proprietate inhērētis alteri fit esse modus adiacentis. ¶ Et notandū q⁹ a grāmaticis ponuntur tria pronoia substantiua. sez ego/tu/sui. q: huiusmodi poete vsi sunt virtute demōstrationis ⁊ relationis in sermone perfecto sine adiunctione alterius substantiui. Aliꝰ autē oīb⁹ vsi sunt adiectiue. ideo grāmatici posuerunt omnia alia pnoia adiectiua.

SUb modo significādi qui est modus derivatiuus ad modos specialissimos descendamus. Continet autem sub se duos modos. Primus est modus significandi per modū adiacentis alteri sub ratione possidentis ipsum. Et hic modus constituit pronomen derivatiuū possessiuū. Pronomen ergo derivatiuū possessiuū est quod significat per modū adiacentis alteri per modum possidentis ipsum: vt meus/tuus/suus. ⁊c. Secundus modus derivatiui est modus significandi per modum adiacentis alteri sub ratione gētis vel patrie. ⁊ hic modus cōstituit pronomē derivatiuū gētile. Pronomē ergo derivatiuū gētile est qō significat per modū adiacētis alteri sub ratione gētis vel patrie. vt nostras/vestras Sic ergo patet. q⁹ sicut modus significādi generalissimus noīs dividit in modos specialissimos et subalternos. Sic pronomen simpliciter sumpta in prima sua divisione

diuiditur in pronomen demonstratiuū ⁊ relatiuum primitiuū ⁊ derīatiuū substantiuū ⁊ adiectiuū. ¶ Item pronomen adiectiuū derīatiuū diuiditur in pronomē derīatiuū possessiuū/⁊ in pronomē derīatiuū gentile. Et hec de modis sīgnī essentialibus pronominis sufficiunt.

DIcto de modis significandi essentialibus. Dicēdum est de modis significandi accidentalibus. ¶ Juxta qō notādū q̄ donat⁹ assignat pronoi sex accidentia. scz qualitatem/gen⁹/nūerū/figurā/psonā ⁊ casum. ¶ Notandū q̄ ālitas quā donatus assignat p accidēte pnois diuides eā in qualitatē finitā ⁊ infinitā. vocat duos modos sīgnī essentiales spēales pronois scz demōstrationē ⁊ relationē. de quibus dictū est. ita q̄ p qualitatē finitā donat⁹ dat intelligere demōstrationē que rem finitā sīgt ⁊ certam repīsentat. scz sub accidentalibus realib⁹ que oculis cōspici pñt. Per ālitatē infinitā dat intelligere relationē que rem incerte ⁊ infinite repīsentat. scz sub notitia scōm p recordationē que est incerta respectu notitie prime. vt dictum est. De gñe aūt ⁊ nūero/persona/figura ⁊ casu. in pnomine idē intelligak qō de ipsis dictum est de nole. Nam illa accidentia eadem sunt hic et ibi ⁊ ab eisdem proprietatibus sumuntur.

DAbito de modis significandi pronominis. Consequenter de eius significatione videamus. Quidā dicunt q̄ pronomen de se ⁊ absolute nihil significat: sed ith habet habilitatem ad sīgnādū. ⁊ talis habilitas reducitur ad actū p demonstrationem ⁊ relationem: qō pluadent p Priscionū q̄ dicit pronomen sine demonstratione ⁊ relatione cassum esse ⁊ vanū. ¶ Jsta opinio est erronea ⁊ falsa. qz modus sīgnī presupponit sīgtū. Sicut proprietas rei p̄supponit ipsam rē: sed pronomē habet modos significandi. ergo pronomē necessario habet significatū. Ad auctoritatē quā inducūt q̄ pnomen sine demonstratione ⁊ relatione est cassum ⁊ vanū. Dicēdū q̄ pronomē sine demonstratione ⁊ relatione non est cassum et vanum. qz vt dicitur scōo physicorū. Illud est cassum ⁊ vanū quod ordinatū est ad aliquē finem: ⁊ illum non attingit. Sed pronomen simpliciter ordinatum est ad significādum essentiam indeterminatam: ⁊ illam non potest attingere. ergo est frustra. Dicendū. cassum ⁊ vanum dupliciter dicitur. Aliquid vno modo q̄ nihil significat. Alio modo: qz nihil determinati significat. Pronomē significat aliquid licet non aliquid determinatū: ⁊ sic attingit finē. ideo non est frustra. Aliī dicūt q̄ pronomen sīgt conceptū mētis indeterminatum applicabilem vnicuiq; enti tam in alia q̄ extra animā sicut intentiones secunde. sicut genus/spēs/subiectū/predicatū. ⁊ que sīgnt conceptū indeterminatum applicabilem cuicūq; enti quoq; modo. q̄ si pronomen significaret aliquid indeterminatū: tūc eius significatum non esset intellectuū. Jsta opinio est erronea similiter: qz si pronoia significarent conceptū mentis nunq̄ predicatū reale posset verificari de pronoie. ⁊ sic hec est falsa. ego sum homo. qz predicatū de coverificatur quod p subiectū intelligit ⁊ significat. vñ sicut hec est falsa conceptⁿ hois est animal. sic hec erit falsa. ego sum animal qō est inconueniens. Ad istud qō adductū fuit ad cōfirmationē dicti sui. q̄ si pronome significaret aliqō indeterminatū eius significatū nō posset intelligi. Dicendū q̄ sicut videm⁹ in re q̄ totū compositū intelligitur p formam ⁊ postea intellect⁹ diuidendo p̄ a parte primo cognoscit formā ⁊ postea p analogiā ad formā cognoscit materiā que est in potentia ad formam: vt ōr primo physicorū. Sic intellect⁹ potest intelligere aliquā essentiam determinatā: ⁊ postea potest cōsiderare ⁊ respicere essentiā aliā in respectu ad illam vel aliā de se indeterminatā: ith per aliqō determinabile: ⁊ illud est significatū pronois scz q̄ significat essentiā de se indeterminatam: determinabilē tamen. Et sic q̄ patet pronomen sīgt essentiā. licet indeterminatā sīgtū enim pronominis non solum se extendit ad significata specialia. sed etiam ad significata transcēdentiū privationū ⁊ negationū: vt patet ex predictis. Quodcūq; pronomen significat in generali. illud refert ⁊ demonstrat in speciali. Sed pnomē in speciali demonstrare ⁊ referre potest: siue ipsum sit ens in alia/siue extra animam/siue factū siue verū/siue ens in actu siue in potentia. Et sic in vno sunt duo contraria. scz ens ⁊ non ens. ith non ens refert ⁊ demonstrat p̄ tout est aliquid secundum animā qz contra dictoria extra animam sunt contraria secundū animā: vt patet quarto methaphisice.

Modus significandi essentialis generalissim⁹ verbi est modus significandi rem per modū esse distantis a substantia ¶ Ad cuius intellectū est notandū q̄ licet vterq; modus sc̄z esse ⁊ distantis sit forma verbi absolute sumpti tā in cōparando verbū ad participiū. mod⁹ esse habet rationem materie respectu verbi: qz facit verbum conuenire cū participio: ſz facere cōuenire est proprietas materie. ¶ Modus autem distantis tm̄ hz rationē forme: qz facit verbū ab omnib⁹ alijs differre. Et qz aliter est habere rationē materie: ⁊ aliter rationē forme. Ideo ꝓparando vnū ad alterū resultat ex vtroq; vn⁹ mod⁹ p naturā cōpositionis. ¶ Notandū q̄ modus sig̃di actiuus p modū esse oritur a proprietate rei que est proprietas ipsius esse. s. proprietas fluxus ⁊ successionis q̄ opponit proprietati entis q̄ est proprietas habitus ⁊ permanētis. vt prius dictū est in capitulo de nomine. Et si dicas esse cuiuslibet rei verbaliter significat. nō tm̄ omne ens habet esse successiuū Nā esse dei ⁊ intelligentiarū non est in fluxu nec in successione: ⁊ tm̄ dicimus deus est. ⁊ intelligentia est. Item generatio ⁊ corruptio ⁊ illuminatio aeris non habent esse in successione: ⁊ tamen esse eor⁹ verbaliter significatur: vt dicendo generatio et corruptio et illuminatio aeris sunt siue fuerunt. Dicendū q̄ licet esse dei ⁊ intelligentiarū non sit successiuū successione temporis. tm̄ habet esse successiuū ratione et successione eternitatis. Et licet eternitas sit tota simul et perfecta ſm Boetiū. tm̄ qz intelligimus ea existis inferioribus. Ideo ymaginamur ibi successionem ⁊ durationem eternitatis per diuersa spacia tpis. est tm̄ ibi successio que est inter tempus et terminū temporis qz impossibile est q̄ in eodem instanti aliquid habeat esse ⁊ non esse: sed in toto tpe preterito fuit nō ens. sed bene est dare principiū temporis siue motus in quo est ens. vt patet p Aristotelem octauo phisicor. Item illuminatio aeris licet non sit successiua put successio causatur ex resistentia medij. tm̄ ibi est successio causata ex resistentia terminorū contrariorum: vt a quo et ad quē. huic aūt modo verbi qui est modus esse ⁊ successionis ꝓportionatur in supposito ⁊ in aliquo mod⁹ entis. id est modus habitus ⁊ permanentis ¶ Item notandū q̄ modus distantis in ꝟbo sumit ab eadem proprietate rei a qua modus per se stantis sumitur in nomine. scilicet a proprietate essentie determinate. ¶ Et si instes sic. Si a proprietate essentie determinate trahitur in verbo mod⁹ distātis. Cū ergo participiū eandem significat rem verbi que secundum essentiā verbi est distincta ergo participiū modū distantis habebit quod est falsum. ¶ Ad cuius solutionē notandū q̄ in vna et eadem re possunt reperiri diuerse proprietates rei non repugnantes a q̄b⁹ sumi possunt diuersi modi significādi eiusdē licet vna vox nō imponit et vt stat sub omnib⁹ illis ꝓprietatib⁹. sed q̄libz ⁊ imponit vna vox ⁊ tunc stat sub vna proprietate rei. Verbi gratia. hec res albedo habet diuersas proprietates. sub quib⁹ possunt ⁊ imponi diuerse voces. ¶ Nam si considerentur in ea modus entis qui est modus habitus et permanentis. sic significatur per vocem nois absolute. Si aūt considerētur in ea modus entis. ⁊ cum hoc modus essentie determinate sic significatur voce nominis substantiui: vt albedo Si autē considerētur in ea modus entis. ⁊ cum hoc alteri inherentis ſm esse sic significatur in voce nominis adiectiui: vt album. ¶ Item si considerētur in ea modus esse q̄ est modus fluxus ⁊ successionis: ⁊ cū hoc modus essētie distincte sic significatur verbaliter. vt dealbo. Item si considerētur in ea modus inherentis secundum esse sic significatur participialiter: vt dealbans. Et sic patet q̄ huius participium significat eandem rem quā verbum sīgt quę ſm essentiam est distincta. tamē participium non sīgt eā vt distinctā: sed vt alteri vnitā. ergo modū distantis non habet. ¶ Et si instes a proprietate essentie distincte ouē modus significandi distantis in ꝟbo. videtur q̄ modus distātis in ꝟbo nō possit omni verbo cōuenire. qz dicēdo ens est. esse non cōsīgt aliq̄d essentialiter distinctū ab omni ente: qđ est essētialiter distinctū ab ente est nō ens. ¶ Dicēdū q̄ hz hoc verbū est nō sīgret aliq̄d essentialiter ab ente distinctū: ārtā in ista ꝓpone subiectū accipit vt materiale: ⁊ predicatū accipitur vt forma q̄ essentialiter differūt Uel dicēdū cū non sit dare ens preter hoc vel illud. et cū oē qđ est simul hoc vel illud. qz ens est ꝓpretūs: sīgt duo. s. rem ⁊ eē. ⁊ illud eē non est ens. Ideo hoc ꝟbū est sīgt aliq̄d essentialiter distans ab ente. Uel aliter hz in ista ꝓpone sīgtū ꝟbi nō differat essentialiter ⁊ ſm rē a sīgto suppositi. differt tū ab eo ſm rōnē. ⁊ hoc sufficit ad distātiā ⁊ diuersitatē ꝟbi a supposito q̄ sūt essentialiter rōnē. ꝟbū g̃ē ꝓ otioso signo p modū eē distātis a sba.

SUb hoc modo essendi generalissimo verbi ad modos significandi essentiales sub alternos descendamus per quandam diuisionē. Iste ergo modꝰ esse cū distantia: vel sumit generaliter tāq̄ aliquod specificabile per esse speciale: ⁊ sic esse cum distantia ptituit verbū substantiuū. Verbū ꝫ substantiuū sigt per modū esse gñaliter specificabile per qūlibet esse speciale. Unde etiā ōt substantiuū nō ex modo p se stantis: sed q̄ sigt esse gñale specificabile. Ideo pōt stare specificatiuū cuiuscūq̄ specificantis ipsum. Uel iste modus esse sumitur gñaliter. respectu rei ꝓprie nominationis tantū. ⁊ sic constituit verbum vocatiuū. Uerbū ergo vocatiuū significat nolationem in gñali specificabilem p quācūq̄ nominationē ꝓpriam in speciali. Uel iste modus esse cū distantia sumitur specialiter ꝓout stat in speciali pro esse actionis vel passionis. ⁊ sic iste modus constituit verbum adiectiuum. Uerbū ergo adiectiuū est qđ significat actionem vel passionē. Iste modꝰ specialis sub diuiditur in quatuor modos essentiales specialissimos. scz in modū actionis: in modū passionis: in modū neutrū: in modū vtriusq̄. Modus significandi p modū esse distantis sub modo actionis tantū constituit verbū adiectiuū actiuū. Uerbū ergo adiectiuū actiuū est quod sigt tantū actionem. vt amo: curro: loquor. ¶ Modus sigñdi per modū esse distantis per modū passionis tm̄ cōstituit verbum adiectiuum passiuū. Uerbū ergo adiectiuū passiuū est qđ sigt passionē tm̄. vt amor: legor. ¶ Modꝰ sigñdi p modus esse sub modo neutri: siue sub priuatione vtriusq̄ constituit verbum neutrum. Uerbū ergo neutrū est quod nec actionem nec passionē significat. vt vuio: sto. Similiter neutra enim aliqua absoluta dicuntur non per aliquē modū significandi: sed per priuationem transitionis. Sic aliquod verbum dicitur neutrum: non per aliquē modū significandi: sed per priuationē actionis vel passionis vel alterius. ¶ Iuxta quod notandū q̄ verbum neutrū est ab alijs distinctū non specifice per priuationem actionis ⁊ passionis: sed per modū sigñdi specialem: qui est modus significandi per modum esse: vt est contractum esse speciali non actionis vel passionis: sed alicuius alterius dictionis. Et si dicamus non est contractum esse speciali actionis vel passionis. ergo habebit modū esse generalem. ⁊ sic verbum neutrum erit verbum substantiuū: qđ est falsum. ¶ Dicē dū. q̄ licet verbū neutrū non habeat modum significandi modo actionis vel passionis contractū: nō tñ sigt esse generale nō contractū de se. sed contrahibile. Uerbū neutrale sigt esse contractū de se non contrahibile. vt vuio significat esse absolute sed esse vite. et sic de alijs. Modus sigñdi per modū vtriusq̄ scz actionis ⁊ passionis constituit verbū cōe. Uerbū ergo cōe est quod sigt vtrūq̄ scz actionem ⁊ passionē. vt criminor. Uerbū ergo deponēs nō potest esse distincta species ab actiuo ⁊ passiuo. nisi ꝓ vocū terminationē qđ non est specifice differre. eū plures partes orationis ꝓfit in vna voce et terminationē puenire. ¶ Et notandū q̄ secundū hos modos scz actionis: passionis: neutri: ⁊ cois. quidā distinguūt gña in verbo qđ est falsū. sed penes hos modos speciale a spēs in verbo distinguūtur: cū nō sit idē dicere ꝟbū actiuū: ⁊ actiui gñis. vt postea patebit. ¶ Et sciendū. q̄ sicut modus essentialis gñalissimus diuidit in modos sigñficādi essentiales. Sic verbū absolute sumptum diuiditur in verba specialia. Uerbū ergo ꝓma fuit diuisione diuidit in verbū substantiuū: verbū: ⁊ adiectiuū. Uerbū adiectiuū sub diuiditur in verbū actiuū: passiuū: neutrū: ⁊ cōe.

QUonsequenter de modis significandi accidentalibus verbi videamus. Iuxta qđ notandū q̄ verbū habet quēdā modū significādi qui vocatur cōpositio: de quo antiqui grāmatici expresse mentionē nō fecerunt: quē tñ modū verbo attribuūt. moti ex dicto p hi. t. periarme. q̄ dicit q̄ hoc verbū est sigt quandā cōpositionē: quā sine extremis non est intelligere. ⁊ tñ hoc verbū est includitur in omni verbo tanq̄ radix olim. ideo cōpositio omni verbo inheret p quā verbū distās a supposito ad suppositū principaliter inclinatur. Et hūc modū vocāt quidā essentialē verbo. qđ nō est verū. qz non est essentialis generalissimus cū verbo non dat esse simpliciter. sed fit preter eius intellectū essentiale. Nec etiā est essentialis specialis cū nō cōstituat aliā speciē verbi. vt de se patet. Itē verbū de se sigt per modū distantis. sed cōpositio qui est modus inherentis alteri. modo distantis q̄si opponitur ꝟbū hz ꝓpositionē p accns. hic autez modus trahitur a propriate rei ꝟbi que est

ꝓprietas inherentis alteri scom esse. Cōpō ergo est mod⁹ significandi ꝟbi mediante quo verbū distās a subiecto ꝑmo et principalit ad suppositū inclinat. licet enī verbum per alios modos accītales ad suppositū inclinak hoc tñ est ex ꝓpō et specialr in quātum suā cōpōnem fundātur modi illi tham cōtrahentes sicut mod⁹ nūeri et persone. et sic de aliis. Et hanc modo verbi ꝓportionatur ex pte suppositi mod⁹ p se stās. Et ille modus consequitur ꝟbū rōne distantie. Qz cū verbū sit alterum extremū in ordīe distās a supposito et inclinatur ad suppositū. huⁱ⁹ inclinationis puncipale et cōmunissimū principiū est compō inter ceteros modos accidentales. Et dico accidentales: qz verbū primus per modū esse inclinak ad idē qđ habet modū. entis. sed ille mod⁹ est essētialis ꝟbi vt dictū est. Nec obstat si compō que est modus inherentis simul stet cū modo distantis in verbo. quia licet eidem insint respectu eiusdem non tñ eodem mō et ꝑm idem. Qz cum mod⁹ distantis ineſt ꝟbo a ꝓprietate essentie distincte. sed cōpositio a ꝓprietate inherentis alteri scom esse. Nec eodem mō qz mod⁹ distantis ineſt ꝟbo per se compositio vero p accidens sicut tam dictum est.

De alijs modis accidentalibus verbi videamus

et sunt septem scom donatū. scz ḡlitas cōiugatio/genus/gen⁹/nūer⁹/figura/tempus/persona. de quibus scom ordinem videam⁹ in primū de ḡlitate. Iuxta qđ notandū q p ḡlitatem donatus dat intelligere duos modos significandi verbi accītales scz modū et figurā sicut in nomine. p qualitatem dat intelligere duos modos significādi scz appellatiuum et ꝓprū et in pronomine p qualitatem demōstrationem et relationem. Mod⁹ vt est accīs verbi sumit a ꝓprietate rei ꝟbi que est ꝓprietas ḡlificationis/dispōnis et inclinatiōis rei verbi ad suppositū signās qualitatem iudicij/imperij/voti/dubij vel infinit. Mod⁹ ergo nihil aliud est q modus significandi accidentalis verbi mediante quo ꝓprietatem ꝟbi p modū iudicij. im/erū/voti/dubij/vel infinit circa ꝟbi dependentiā ad suppositum consignificat. Et ex his qualificationib⁹ et dispositionibus alia artificiū gñ ad enūciandū actū de substantia inclinatur. Inde est q petr⁹ helye definiens modū dicit. Mod⁹ est varia animi inclinatio varias eī⁹ affectus demonstrās. sz non q mod⁹ sit ipsa inclinatio. sz qualitas inclinationis nō ea qua alia inclinatur ad enūciandū actū de subiectāa sed modus vt est accīs ꝟbi est ḡlitas cōpōnis qua ꝟbū inclinak ad suppositū. Quedā qualitas est alterius est causata ab alia sicut et cetera ꝟbi accidentia representans diuersos effectus ab ea dispositiones alterius ꝓmo existentes in alia. Et ille modus significandi ꝙ vocatur mod⁹ est ꝓpria verbū rōne cōpositionis. sed cōpō sequit verbū rōne esse distantis. Et scom diuersitatem harū qualitatū diuersificak modus quinq differentiales scz per indicatiuū/imperatiuū/optatiuū/coniūctiuū/et infinitiuū. Dicit enī influxuros qz omnibus communes cum omnes modi in ipsum resoluantur: vt dicendo lego indico me legere. lege. id est impera te legere et sic de aliis. Notandū q secundum quosdam modo finito in verbo correspondet casus simpliciter in supposito q est ratio principij vel termini generaliter sumpti. quod non est verū quia cum ratio principij sit tantum a parte ante tanḡ in supposito: et ratio termini a parte post tanḡ in obliquo. Si modo finito in verbo correspōderet casus simpliciter in supposito. tunc vel ratio terminī esset in supposito vel mod⁹ determinaret dependentiā verbi post se in obliquo. Quo posito modus non solum esset qualitas compositionis qua verbum dependeret ante se ad suppositum. sed etiam esset qualitas dependentie verbi post se ad obliquum. sed vtrūq est falsum. Unde dicendo q modo finito in verbo correſpondet in supposito ratio principij. Sicut enim verbū per modū esse exigit in supposito modū entis p se stantis. Sic p modū qui est qualitas cōpositionis exigit in supposito modū p se stantis in ratione principij se habentis.

Forma que est accidēs verbi idem est qđ species

in nomine et ab eadem ꝓprietate sumpta scz a mō essendi primarie vel secundarie. Forma ergo est modus accidentalis ꝟbi mediāte quo verbū modū existendi primariū vel secundariū significat. Et diuiditur in formā ꝑfectā mediatiuā. frequentatiuā/inchoatiuā/diminutiuā et desideratiuā. Per formam ꝑfectā debet intelligi spēs primitiua. qz que sunt perfecte forme: sunt primitiue speciei qz significant rem ꝟbi absolute: vt lego/sedeo/volo/et sic. Sed q sūt inchoatiue forme siue de ceteris sūt

derīatiue speciei.q̄ non significant rem verbi absolute:sed cum quadā additione ſ. licet ſub inchoatione/frequentatione/⁊ de ceteris:vt ferueſco/lectito/lecturio./pulſo/ſorbillo.⁊ cetera.

VLterius videndum eſt de coniugatione. Eſt autem coniugatio mod⁹ ſignificandi rē verbi prout inflectitur per diuerſas proprietates temporū/nūerorū/modorū ⁊ participiorū.vnde habet ſe ſicut declinatio in nomine:q̄ ſicut declinatio in nole eſt modus ſignidi rem nois prout inflectitur per diuerſas ꝓprietates caſuū.ſic cōiugatio in verbo eſt modus ſignidi rem verbi prout inflectitur p diuerſas ꝓprietates temporū/numerorum/modorum ⁊ perſonarum:ſed differunt.q̄ declinatio attenditur penes vnū accidens qđ eſt caſus.ideo donatus declinationem ſub caſu comprehendebat.Cōiugatio autem attenditur inflectionem plurium accidentiū.ideo ſub nullo ꝓprie ⁊ determinate poteſt apprehendi.⁊ ideo inter alia accidentia verbi numeratur. Quod autē cōiugatio ſit ꝑma ſecunda/⁊ tertia vel quarta conſequens vel inconſequens hoc totum a parte vocis attenditur.Et hoc patet q̄ ſum ⁊ volo habent coniugationem licet non primam/ſecūdam/tertiam vel quartam.

